

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: [[Illustrissimi]] Nobilissimi ac Doctissimi Viri

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<1v>

[<f.1r>-] [[Illustrissimi]] Nobilissimi ac Doctissimi Viri

[38. in marg.]

[[Etsi superioribus hisce diebus]]

[[Parum opportunum fortasse uideri alicui]]

[[Etsi minus idonea hisce [[tempori]] miserrimis temporibus quibus omin<.> omnis Europa fere diut]]

Etsi rei musicae tractatio minus idonea fortasse uideri poterat miserrimis hisce temporibus, quibus Europa pene omnis diuturnis bellis affligitur [[It]] ipsaque Italia, [[altria Musarum et bonarum artium ingruentes et nunc maxime armorum motis uix dum fut tot dier maximis calamitatibus uix dum leuata sit]] tot nuperrimis cladibus fessa, ingruentes ut nunc maxime armorum motus pertimescit, nihilominus ut institutum meum seruarem promouendi si qua in re possem praeclaras artes, [[eaeque potissimum studia]] [[studiaque q]] et reconditoria quaedam studia [[et ut]] [[in lucem edi curauit Epitomen]] [[et ut aliquam in domesticis cladibus atque aerumnis al]] [[in Epitomen redegit Tr]] in Epitomen redegit opus a me nuper conceptum De Generibus ac Modis [[M]] Musicae in quo multo plura sane quam titulus prae se fert ad hanc facultatem illustrandam e tenebris uetustis eruuntur. [[et quo [[I]]]] [[minori nego]] [[minori nego]] [[negotio]] eamque uernacula lingua euulgauit; [[quo]] quae tum gratior tum familiarior esse solet hodiernis plerisque Symphoniurgis Archisymphonetis [Archgsymphonetis ante corr.], chordidascalis, Phonascis, Melopoeis siue quo alio nomine censendi sunt qui hanc artem quaestus [[gratia]] colunt. Sed cum [[min]] non ignorarem huiuscemodi tractationes quae ultra uulgarem [-<f.1v>-] gustum sapiunt non tam hominibus lucro deditis [ac mercenarijs in marg.] placere (sic siue iactura temporis, [temporibus, ante corr.] siue desidia discendi siue pudore inscitiam suam fatendi deterreri solent ab huiusmodi librorum lectione) quam [[nobilibus]] [honestioribus corr. supra lin.] ac liberaliter educatis; quales uos estis Academici [[eruditissimi]] [Nobilissimi corr. supra lin.], uobis potissimum uestrisque similibus hunc ingenioli mei foetum addixi: [[ea uidelicet gratia ut siquid in eo est quod [[mentes]] egregias mentes nouitate theorematum pascere possit]]: primum ut exacta uestra iudici libra atque examine, [[cuncta quae ut hominem me fefell]] si quid in eo est [[minus [[(ut euenire necesse fuit diuersissimis rebus intento]] [[ne hun]] (ut maxime uereor]] [(immo quidquid in eo est) corr. supra lin.] humanitus peccatum quanto citius [[innot]] [[mihi innotescat]] expungatur: deinde ut pa[-trocinio atque in marg. et supra lin.] auctoritate [[at]] uestra quae merito maxima est [[et patrocinio]] contra maleuolorum atque inuidorum dentes muniatur: tum si quid uel nouitatis gratia uel uetustatis praerogatiua, uel elegantiae causa, [[uel]] meretur ad praxin actumque reuocari: per eos maxime fiat qui ad [[nobilitatem generis ac Patriae]] [ceteras liberales disciplinas corr. supra lin.] [[rerum m]] Musarum atque Harmoniae praecipuum quemdam cultum adiunxerunt. Valete ac me coetui uestro peregre regio summa uoluntate addictum perpetuo fore minime dubitetis. Deum interea precor ut uobis omnia [[<.>]] quae optari fas est quam felicissime contingerit. Romae pridie Idus Martias MDCXXXVI Nobilitati Vestrae